

comprehensam approbat, ita omnes errores sacramentariorum cum verbo Dei et perpetuo consensu ecclesiae pugnantes rejicit ac damnat idque sua subscriptione testatur.

Hieronymus Opicius, Pastor et Superintendens Bischoffuuerdensis, errores sacramentariorum veteres et nouos detestatur et subscriptione sua improbat. 5

M. Bartholomaeus Fridel, Pastor ac Superintendens Oschazensis, blasphemias ac tetros errores sacramentariorum cum veteres tum nouos serio et [I 4r:] ex animo execratur, ac hoc suo chirographo testatum facit.

Hos errores sacramentariorum veteres et recentes improbat Daudid Moller, Pastor ac Superintendens Leisnicensis. 10

Ego M. Carolus Schopp, Pastor et Superintendens ecclesiae Coldicensis, omnes hos et similes errores pugnantes cum affirmatiua improbo.

Ego M. Martinus Obendorfer,ⁱ Pastor in Compascuis,^j omnes errores pugnantes cum affirmatiua sententia improbo et rejicio.

Ego Iohannes Gregorius, Pastor VValdheimensis, omnes hos errores fanaticos et impios detestor et execror. 15

Magister Bartholemaeus Clamorinus Misnensis in hac doctrina non acquiescit, cum sint horrendi errores, sed toto pectore abhorret.

Ego Vrbanus Hantschman errores pugnantes cum affirmatiua sententia damno ac detestor. 20

Hos blasphemos sacramentariorum errores, ego Caspar Kummerus, serio et ex animo detestor et fugio.

Ego Fridericus Pensoldus, illustris ludi Misenaee Rector, hac mea manu testor me hanc de coena domini negatiuam, quae τὴν διάνοιαν verbis Christi affingit, toto corde auersari. 25

Ego Petrus Thomaeus, illustris ludi Professor Misenaee, profiteor subscriptione manus meae propriae, me fideliter et constanter retinere veram et incorruptam [I 4v:] doctrinam ecclesiarum nostrarum de coena domini et ex animo detestari et execrari omnia παράδοξα dogmata cum verbo Dei et vero consensu ecclesiae pugnancia, imprimis vero corruptelas ac falsas opiniones de coena domini veterum et nouorum sacramentariorum, quibus pias mentes perturbare et seducere conantur. 30

Hos tetros et blasphemos sacramentariorum errores improbat et calculo suo damnat Daniel Menius, scholae illustris ad Albim Professor.

VVolfgangus Figulus, voces blasphemias contra veram de coena dominica doctrinam detestatur, manu propria subscripsi. 35

Ego M. Ioachimus Francus, vrbis Misenaee Ludirector, hanc diuersam ac alienam a veritate verborum Christi sententiam toto pectore auersor ac detestatione omnium ὡς ἀξιέλεγκτον dignam iudico semperque iudicabo.

ⁱ Oberndorffer: B, C; I; Oberndorfer: G, J.

^j Companscuus: F.